T. 167078 C. 1214921 R. 130880




De sancto Thom
Peronna sunt


num ſecundu͂
ſe dech·
mimus domino me
de




Hec ſunt Mendocie. Capreeqꝫ inſignia gentis.
Nobilis vnde trahit preſul vtrumqꝫ genus.
Is eſt Franciſcus. qui quãuis ſtemate clarus.
Virtutibus tamen eſt clarior ille ſuis.

# Ordo ad cõficiẽdũ ſanctũ chriſma ⁊ oleũ pro ſacerdotib⁹ Epiſcopo miniſtrãtib⁹.

Reuerendiſſimis in chriſto patribus
ac Dominis dominis archiepiſcopis et epiſcopis: ac Reuerendis fratri
bus noſtris decano capitulo et canonicis noſtre Palentine eccleſie.
Necnõ reuerẽdis dominis decanis capitulis ⁊ canonicis aliarum
eccleſiarum metropolitanaruꝫ ⁊ cathedralium Caſtelle ⁊ legio
nis. ⁊c̃. Franciſcus de Mendoça Epiſcopus Paleñ. Co-
mes de Pernia. S.C.C.M. Conſiliarius atqꝫ domine
noſtre domine Helisabet Imperatricis ⁊ Regine cõ
ſilij preſes. Salutem in domino ſempiternam.

Quum in cunctis que cir
ca actionem verſantur humanam/ non ſo-
lum vt fiant: ſed vt recte fiant conſiderandũ
ſit: multo id diligentius prouidendum erit:
in his que ad diuini cultus ornatum: et ec-
cleſiaſticorum officiorum dignam celebra-
tionem pertinere cognoſcimus. In quibus
ſi quid in ordinate agitur: ſine periculo non
erratur. Unde quũ olim miniſtrãdo: nunc
vero pontificis officia ex[illegible]cendo: perſpice
remus ſacri chriſmatis ac oleorũ confectio
nem feria quinta dominice cene: tum ab ip-
ſis epiſcopis: tum etiam a ſacerdotib' et mi
niſtris: laborioſe et minus expedite peragi
ob librorum pontificalium penuriam (quo
rum vix vnus in qualibet eccleſia reperitur) non ab re veſtra ne[illegible]
nimus eſſe: ſi predicte cõſecrationis forma: atqꝫ ordo tam illaruꝫ rerum que
per pontificem: quam que per miniſtros et ſacerdotes ea die dicenda agen-
daqꝫ ſunt: iuxta Romane eccleſie ritum: necnon Toletane: ⁊ aliarum eccle
ſiarum Hiſpanie cõſuetudinẽ/ in hunc paruũ colligeremus libellum: non
dominis epiſcopis (quos omnia recte callere credimus) ſed clericis dumta
xat qui eis miniſtraturi ſunt (nequid ab inſtituto ordine deuient) conſulere
volentes. Quare. R.D.V. voſqꝫ fratres in domino obſeruantiſſimos ob-
nixe precamur: vt hunc noſtrum qualemcumqꝫ laborem alacri animo ſucci
piatis/ et cõmuni eccleſiarum vtilitati prouidentes: huiuſmodi ceremonia-
rum enchiridion eis legendum vtendumqꝫ traddatis. Valete.

# ¶ Incipit ordo ad conficiẽdum ſanctũ

chriſma et oleum feria quinta in cena domini pro ſacerdotibus et miniſtris epiſcopo miniſtrãtibus qui ſunt velut cooperatores ⁊ coadiutores eius: ⁊ infraſcripta ſimul cum pōtifice dicere debent: iuxta conſuetudinem ſancte Romane eccleſie ⁊ aliarum eccleſiarum Hiſpanie: quarum forma conſueta in ceremonijs non ommitatur.

HAc die in toto orbe chriſtiano chriſma ⁊ oleum ſanctum atqꝫ oleum cathecumenorũ conficiũtur. Dominꝰ enim ieſus chriſtus poſtquã cum diſcipulis cenauit ⁊ eoꝝ pedes lauit: chriſma cõficere docuit. Ipſa quidem peduꝫ lotio: ſicut ait papa Fabianus: nouũ ſignificat baptiſmũ: quod ſancti chriſmatis vnctione ꝑficitur et cõſumatur. Singulis itaqꝫ annis hoc ſacramentũ in hac die eſt innouandũ: quia nouũ eſt ſacramẽtũ: et vetus in eccleſia concremandũ. Hoc profecto a ſanctis apoſtolis et eorũ ſucceſſoribus

accepim⁹. Hoc ſancta Romana eccl'ia ⁊ Antiochena a tēpore apl'orū cuſtodiuit. Hoc Cōſtātinopolitana Hieroſolimitana Alexādrina et Epheſina eccl'ie tenēt.

¶ Mane itaqꝫ ſacriſta vel ille ad quē ſpectat: omnia que ad chriſmatis conſecrationē ac oleoruꝫ huiuſmodi confectionē neceſſaria ſunt: parat velut in fine hui⁹ libelli cōtinetur. Poſtq̄ autē epiſcop⁹ cū ſuis duodecim ſacerdotibus ⁊ miniſtris ſacris veſtibus indutis ad altare acceſſerint: omnes ſimul cū eo faciūt cōfeſſionē generalē. qua facta ſacerdotes ⁊ miniſtri ſuo ordine iuxta bāchos ⁊ ſedilia ad hoc diſpoſita ſe colocāt: ⁊ ibi ſedent aut ſtant aut genua flectūt prout tēpus poſtulabit. Interim pōtifex procedit in miſſa more ſolito. Et iuxta cōſuetudinē aliquarū eccleſiaruꝫ dicitur hodie. Gloria in excelſis et Credo. Cū chriſma cōficitur ⁊ nō alias.

Cū autē ventū fuerit ad illū locū canonis vbi dicit. Per quē hec oīa dn̄e semꝑ bona creas: excluſiue: prius quā pōtifex v̄ba ipſa dicat: accedit ad partē epl'e et ibi ſuꝑ aliū calicē vacuū abluit digitos ⁊ ad purificatoriū extergit. ⁊ ablutio vſqꝫ ad communionē pōtificis reſeruatur. Tūc facta reuerēcia ſacramēto deſcēdit primū gradum altaris. ⁊ ibidem acepta mitra vadit ad ſedē ſibi paratā in preſbiterio ab oposito altaris ⁊ ſedet ſuper ipſam verſa facie ad altare habēs mēſam ante ſe. ⁊ circūſtātibus miniſtris ſuis. Reliquis autē ſacerdotibꝰ ⁊ alijs paratis in ſuis locis manētibus. niſi quod duo ex eis aut plures iuxta altare manere debēt aſſociātes ſanctū ſacramētū quod adhuc ī altare remāſit. Tunc archidiaconꝰ ſiue diaconus principalis qui miniſtrat pōtifici clamat alta voce in tono lectionis ſemel dicens.

Abluit digitos ſuper aliū calicē et ablutio reſeruatur.

Clamat diaconꝰ.



OLeum infirmorũ.

¶ Et ſtatim vnus ſubdiaconus adhoc paratus cum duob⁹ acholitis hinc ꝛ inde aſſociat⁹ vadit ad ſachriſtiam vbi accipiens ampullam olei quod pro infirmis conſecrari debet coopertã vt inuenit portat eã ſiniſtro brachio amplexatã ante pontificẽ ꝛ ibi tradit eam in manib⁹ archidiaconi ſiue diaconi maioris plane dicẽs. **Oleũ infirmorũ.** Et diaconus preſentat illã pontifici ad benedicẽdũ etiã dicens ſumiſſa voce **Oleũ infirmorũ.** Collocans illam corã eo ſupra predictã mẽſam. Pontifex ſurgẽs cũ mitra exorcizat et benedicit illud voce dimiſſa: ita ꝙ a circũſtãtibus ſacerdotibus audiatur qui ſimiliter dicũt cum eo exorciſmũ ꝛ orationes ſequentes.

Cum mitra ſurgẽs

Exorcizo te imũdiſſime ſpiritus om niſqꝫ incurſio ſathane: ⁊ omne fan taſma. In nomine pa ✠ tris et fi ✠ lij ⁊ ſpi ritus ✠ ſancti. vt recedas ab hoc oleo: vt poſſit effici vnctio ſpiritalis ad corrobo-rãdum tẽplum dei viui: vt in eo poſſit ſpi ritus ſanctus habitare per nomẽ dei pa-tris om̃ipotẽtis. ⁊ per nomẽ dilectiſſimi filij eius domini noſtri ieſu chriſti. Dein- (Sine mitra) de depoſita mitra benedicit ipſum oleũ dicẽs eadem voce. ℣. Dominus vobiſcũ. ℟. Et cum ſpiritu tuo. Oremus. Oratio.

Emitte queſum⁹ dñe ſpiritũ ſanctũ paraclitũ de celis: in hãc pinguedi-nem oliue: quã de viridi ligno produce-re dignat⁹ es: ad refectionẽ mentis ⁊ cor poris: vt tua ſctã bene ✠ dictione ſit om̃i hoc vnguẽto celeſtis medicine perũcto: tutamẽ mẽtis ⁊ corporis: ad euacuãdos omnes dolores: om̃es infirmitates: om-

nēq3 egritudinē mentis ⁊ corporis. vnde vnxiſti ſacerdotes: reges: prophetas: et martyres tuos. Sit chriſma tuū perfectū nobis dn̄e a te benedictū: permanens in viſceribus noſtris. In nomine dn̄i noſtri ieſu chriſti. ℟. Amē. ¶ His explectis oleū ipſum eo modo quo apportatum fuit ad ſacrariū reportatur ⁊ diligētiſſime cōſeruatur. Tunc pōtifex reaſumpta mitra ſedet ⁊ lauat man⁹ ⁊ ſic cū ſuis miniſtris reuertitur ad altare: ceteris ſacerdotib⁹ in ſuo loco manētib⁹. Et depoſita mitra facit reuerētiā ſacramēto: ⁊ incipiēs vbi dimiſerat dicit. Per quem hec omnia. ⁊c. Poſtq̄ autē dixerit. Pater noſter. et. ℟. Sed libera nos a malo: dicit. Libera nos q̄ſum⁹. ⁊c. Deinde dicit ſecreto. Per dominū noſtrum. ⁊c. Et cantat vt moris eſt. Per omnia ſecula ſeculorū. et. ℟. Amen. Anteq̄ dicat Pax dn̄i. Reponit particu

ſedet cū mitra et lauat man⁹

Sine mitra

las hoſtie ſuper patenam ⁊ cooperit eas cum aliquo pãno mundo. Interim cantor incipit in choro alta voce. ℟ Princeps eccleſie.

In hoc tono.



PRicepſ eccleſie pa-



ſtor oui lis tu nos benedice-



re di gneris.

¶ Tunc diaconus ſumẽs baculũ põtificis collocat ſe ad dextruʒ cornu altaris ꝟſus ad populũ eodẽ tono cãtando inuitat populum vt ſe parẽt ad benedictionem dicens.


Cum māſuetudine et ca-
rita te humi li a te vo s
ad bene di cti o nem.
Tūc chorus cantan-do reſ-pōdet.
Humili voce pſalen tes at qꝫ



dicen tes de o ī altiſ ſimis glo ri a.

¶ Tunc pontifex acepta mitra niſi ſit archiepiſcopꝰ quia tunc nõ ſumit mitrã ad bñdicẽdũ vertẽs ſe ad populũ ac baculũ in manu ſiniſtra tenẽs incipit bñdictionẽ ſolẽnẽ huiꝰ dei hoc modo. ¶ Bñdictio.

BEnedicat vos deus qui ꝑ vnigeniti filij ſui paſſionẽ vetꝰ paſcha innouũ voluit cõuerti. ℟. Amẽ. Concedatqꝫ vobis vt expurgato veteris fermẽti cõtagio noua ī vobis ꝑſeueret cõſperſio. ℟. Amẽ. Ut qui ad celebrãdã redẽptoris nr̃i cenã mẽte deuota cõueniſtis: eternarũ dapiũ vobiſcũ epulas reportetis. ℟. Amẽ. Ipſiuſqꝫ opitulãte clemẽtia mũdemini a ſordibus peccatoꝝ: qui ad inſinuãdum hu-

militatis exēplū pedes voluit lauare diſci
puloꝝ. ℟. Amē. Quod ipſe pſtare digne
tur cuius regnū et imperiū ſine fine pma-
net i ſecula ſeculoꝝ. ℟. Amē. Et pducēs
ter ſignū crucis benedicit populū dicēs.
Et bñdictio dei omnipotētis: pa ✠ tris:
et fi ✠ lij: ꝛ ſpūs ✠ ſcti: deſcēdat ſup vos ꝛ
maneat ſemp. ℟. Amē. ¶ Deide deposi-
ta mitra accipiēs particulā hoſtie ꝛ cū ea
faciēs cōſuetas cruces ſuper cupā calicis
dicit cantādo. Et pax ✠ eius. Sit ✠ ſemp
vobi ✠ ſcū. Et chorus reſpōdet. Amen.
Et imittit particulā in calice dicens. Fiat
cōmixtio ꝛc. Et ſtatim dicit. Agnus dei.
Sed in fine non dicit. Dona nobis pacē,
ſeruetur cōſuetudo eccleſie. ſed Miſerere nobis. In choro tamē iux-
ta cōſuetudinē plurium eccleſiarū nō di-
citur tunc. Agnus dei. donec perficiatur
Pax nō datur. chriſmatis cōſecratio. nec hodie pacis oſ
culum datur.

¶ Finita cõmunione reponit epiſcopꝰ cũ miniſtris aliã hoſtiã conſecratã in vaſe ad hoc paratã que debet poꝛtari ad locũ vbi ꝓcraſtino reſeruanda eſt. Poſtq̃ autẽ calicẽ ſumpſerit accipit ablutionem quã pꝛius in alio calice reſeruauit ⁊ purificationẽ et cetera. Deinde acepta mitra cũ ſuis miniſtris et alijs paratis redit ad mẽſam. ⁊ ibi ĩ ſede ſua ſedet. Tũc diaconꝰ maioꝛ dicit alta voce in tono lectionis.

Accipit ablutionez.



O Leuz ad ſãctũ chꝛiſma.

¶ Et moꝛ: eadẽ voce et tono ſubiũgit



O leuz cathecuminoꝛũ.

Quo dicto duodecim pꝛeſbiteri ⁊ ceteri om̃es miniſtri pꝛeter eos qui põtifici aſſiſtunt atq; miniſtrãt: pꝛoceſſionaliter

pergũt ad ſacrariũ cũ ſilẽtio ad deferen-
dũ cũ omni decore ⁊ reuerẽcia oleũ chriſ
male ⁊ oleũ cathecumenorũ. ⁊ põtifex be
nedicit incẽſuz more ſolito. ¶ Incedũt
autẽ ꝓceſſionaliter per naues eccleſie re-
deũtes ad locũ vbi eſt epiſcopus hoc or-
Turi bula. dine. ℞ primo duo thuriferarij cuz thuri-
bulis fumigãtib⁹ quos ſequitur ſubdia-
crux maior. conus crucẽ maiorẽ baiulãs medius in-
ter duos acolitos cuz cereis ardẽtibus.
Tũc duo cãtores aut pueri ſuperpelicijs
induti cãtãtes verſus. O redẽptor vt in-
Balſamũ fra. Deinde vnus ſubdiaconus portans
crux. vaſculũ cũ balſamo. et alius cũ cruce par
Textus. ua: et vnus ex diachonib⁹ textũ euãgelij
ante pectus portat. Deinde alius diaco-
Ampulle oleorum. n⁹ cũ ampulla olei cathecumenis ⁊ poſt
omnes alius cũ ampulla olei chriſmatis
et ambo habẽt mapullas mũdas ad col-
lum: quarũ extremitates ante pectus de


uato ri ſeculi. p̃. O redẽptor. ℟.
Stans ad arã homo ſuplex inſula-
tus pontifex debi tũ perſoluat omne
cõſecrãdo chriſmate. p̃. O redẽptor. ℟.




¶ Eis igitur ordine premiſſo cantando verſus predictos ad locū vbi pontifex ſe=det veniētibus. crux cum cādelabris ⁊ in cenſo ſituātur prope altare. Archidiaco nus aſiſtēs. Diaconus ⁊ ſubdiaconus mi

niſtrãtes ſint circa põtificem. Sacerdo-
tes vero duodecĩ duo cornua faciunt ſex
hinc et ſex illinc aſiſtentes pontifici tanq̄
eius teſtes et miniſtri ſacri chriſmatis co-
operatores ⁊ alij miniſtri tanq̄ inſpecto
res. Interim diaconi ampullas portan-
tes et ſubdiaconus cũ balſamo ſe firmãt
quouſq; omnes in ſuis locis fuerint ordi
nati. Omnib⁹ itaq; diſpoſitis diaconus
ampullam olei chriſmalis ferens venit an
te põtificem. Et archidiaconus ſiue dia-
conus epiſcopi eam ſic inuolutam de ma
nu eius accipiẽs oſtendit illam põtifici ſe
denti ⁊ eam ſuper mẽſam collocat diligẽ-
ter: alio diacono ampullam olei aſſidue
inter brachia tenẽte: quam etiã ſi videbi-
tur ſupra mẽſam poterit collocare. Tũc Bal-
ſubdiacon⁹ vaſculũ balſami portãs trad ſamũ
dit illud archidiacono qui ſimiliter oſtẽ-
dens eũ pontifici ſupra mẽſam collocat.

Tūc pōtifex depoſita mitra ſurgit et ver-
ſus ad altare habens ante ſe ampullā olei
chriſmalis ⁊ balſamū: ante omnia benedi
cit balſamū ⁊ cū eo pariter duodecim ſa-
cerdotes dicūt. ℣. Dominus vobiſcū. ℟.
Et cum ſpiritu tuo. Oremus. Oratio.

benedictio balſami.

DEus miniſterioꝝ celeſtiū ⁊ virtutū
omniū preparator: noſtras queſu-
mus preces exaudi: ⁊ hāc odoriferā ſicci
corticis lachrymā: que felicis virge ꝓfluē
do ſudorem ſacerdotali nos opimat vn-
guēto: acceptabilē tuis preſta miſterijs: ⁊
cōceſſa benedictione ſancti ✠ fica. Per
dn̄m nr̄m. ℟. Amē. Oremus. Alia oratio.

CReaturarū omniū dn̄e ꝓcreator:
qui per Moyſen famulum tuū per
mixtis herbis aromatū: fieri ꝑcepiſti ſan
ctificationē vnguēti: clemētiā tuā ſuppli-
citer depoſcimus: vt huic vnguēto quod
radix ꝓduxit ſtirpea: ſpiritualē gratiam

largiẽdo: plenitudinẽ sancti ✠ficationis infundas. Sit nobis dñe fidei hilaritate conditũ. ſit ſacerdotalis vnguẽti chriſma perpetuũ: ſit ad celeſte vexillũ impreſſione digniſſimũ: vt quicũqz baptiſmate ſacro renati: iſto fuerint liquore peruncti: corporũ atqz animarũ benedictionẽ pleniſſimã conſequãtur: ⁊ illi beate fidei collato munere perhẽniter amplietur. Per dñm nrm. ℞. Amẽ. ¶ Deide accepta mitra ſtãs adhuc põtifex miſcet ſuper patenã vel in aliquo paruo vaſculo balſamuz cũ modico olei de ãpulla chriſmali dicẽs. micet balſamum cuz oleo.

O Remus dominũ noſtrũ oĩpotentem: qui incõprehẽſibilem filij ſui: ſibiqz coeterni: diuinitatem mirabili diſpoſitione vere humanitati inſeparabiliter cõiunxit: ⁊ cooperãte grã ſpirtus ſancti: oleo exultationis pre participib⁹ ſuis liniuit: vt homo fraude diaboli perditus

gemina ⁊ ſingulari cõſtãs materia perhẽ
ni redderet̃:de qua exciderat:hereditati
quatenꝰ hos ex diuerſis creaturarũ ſpe=
ciebus liquores creatos:ſancte trinitatis
perfectione be✠nedicat:et benedicẽdo
ſancti✠ficet:cõcedatqꝫ vt ſimul permix
ti vnũ fiãt:et quicũqꝫ exterius inde perũ=
ctus fuerit:ita interius liniatur:quod om
nibus ſordibꝰ corporalis materie carẽs:
ſe participẽ regni celeſtis effici gratulet̃.
Per eundẽ dñm nr̃m ieſum xp̃m filiũ ſuũ
qui cũ eo viuit et regnat in vnitate ſpiritꝰ
ſancti deus:per omnia ſecula ſeculorũ.℟.
halat tertio Amẽ. ¶ Quo facto ſedet põtifex retẽta
mitra ⁊ halat plane tertio ĩ modũ crucis
ſuper os ampulle chriſmalis in volute an
halãt ſingl̃i ſacer=dotes te eũ ſuper mẽſam ſtãtis. Deinde duode=
cim ſacerdotes parati qui iuxta eum ſunt
ordinatim faciẽtes reuerẽtiã ſacramẽto
in altari poſito ⁊ põtifici ad mẽſam predi

ctã accedũt ⁊ ſtãtes ante eã ſinguli ſucceſ
ſiue eodẽ modo vt põtifex fecerat in mo
dũ crucis ſuper os ampulle halãt ⁊ faciẽ-
tes iteruꝫ inclinationẽ ad loca ſua reuer-
tuntur. Uel ſecundũ cõſuetudinẽ aliqua- Ser-
rum eccleſiarũ diaconus miniſter epiſco uetur in hoc
pi ampullã inuolutam ſingulis ſacerdoti cõſue tudo
bus deffert ad eorũ loca ⁊ ipſi faciẽtes in ecclie
clinationes predictas halant vt ſupra di-
ctum eſt. ¶ Quo facto ſurgit pontifex ⁊
ſtans cuꝫ mitra legendo dicit exorciſmũ
chriſmale abſolute dicens.

¶ Benedictio chriſmatis.

Exorcizo te creatura olei: per deum Stãs
patrem om̄ipotentem: qui fecit ce- cũ mi tra.
lum et terrã: mare: et omnia que in
eis ſunt: vt om̄is virtus aduerſarij:
omnis exercitus diaboli: omniſqꝫ incur
ſio: et omne fantaſma Sathane eradice-
tur et effugetur a te: vt fias omnibus qui

ex te vngẽdi ſunt: in adoptionẽ filioꝝ per ſpiritũ ſanctuꝫ. In nomine dei pa✠tris omnipotẽtis: ⁊ in charitate ieſu ✠ chriſti filij eius dñi noſtri: qui cum eo viuit et regnat deus: in vnitate eiuſdẽ ſpiritꝰ ſancti.

Sine mitra ¶ Deinde depoſita mitra extenſis manibus ante pectus dicit q Pꝛefationem.

Per omnia ſecula ſeculoꝝ. ℟. Amẽ. ℣. Dñs vobiſcũ. ℟. Et cum ſpiritu tuo. ℣. Surſum coꝛda. ℟. Habemus ad dñm. ℣. Gratias agamꝰ dño deo noſtro. ℟. Dignũ ⁊ iuſtũ eſt. Vere dignũ et iuſtũ eſt equũ ⁊ ſalutare. Nos tibi ſemꝑ ⁊ vbiqꝫ gratias agere. Dñe ſancte pater om̄ipotens eterne deus. Qui in pꝛincipio inter cetera bonitatis et pietatis tue munera: terrã ꝓducere fructifera ligna iuſſiſti: inter que huius pinguiſſimi liquoꝛis miniſtre oliue naſcerẽtur: quarũ fructꝰ ſacro chriſmati deſeruirẽt. Nã ⁊ dauid ꝓpheti

co ſpiritu gratie tue ſacramēta p̄noſcēs: vultus noſtros in oleo exilarādos eſſe cātauit. Et cū mūdi crimina diluuio quondam expiarētur effuſo: ſimilitudinē futuri muneris colūba demōſtrās: per oliue ramū pacem terris redditam nunciauit. Quod in nouiſſimis tēporibꝰ manifeſtis eſt effectibus declaratū: cuꝫ baptiſmatis aquis omniū criminū cōmiſſa delētibus. hec olei vnctio vultꝰ noſtros iocūdos efficit ac ſerenos. Inde etiā Moyſi famulo tuo mādatū dediſti: vt Aarō fratrē ſuum prius aqua lotuꝫ per infuſionē huius vnguēti cōſtitueret ſacerdotem. Acceſſit ad hoc amplior honor. cū filius tuus Ieſus chriſtus dn̄s noſter lauari ſe a Ioāne vndis iordanicis exegiſſet: vt ſpiritu ſancto in colūbe ſimilitudine deſuper miſſo: vnigenitū tuū ī quo tibi optime cōplacuiſſe teſtimonio ſubſequētis vocis oſtēderes:

et hoc illud eſſe manifeſtiſſime cõproba-
res: quod oleo leticie pre cõſortibus ſuis
vngẽdũ Dauid voce prophetica ceciniſ-
ſet. Te igitur precamur dñe ſancte pater
omĩpotẽs eterne deus: per eũdem dñm
nr̃m ieſum xp̃m filiũ tuũ: vt huius creatu
re pĩguedinẽ ſancti ✠ ficare tua bene- ✠
dictione digneris et ſancti ſpiritus ei ad-
miſcere virtutẽ: cooperãte chriſti filij tui
potẽtia: a cuius nomine ſancto Chriſma
nomẽ accepit. Unde vnxiſti ſacerdotes:
Reges: prophetas: et martyres tuos: vt
ſpiritualis lauacri baptiſmo renouãdis:
creaturã chriſmatis in ſacramentũ perfe
cte ſalutis: viteqꝫ confirmes: vt ſanctifica
tione vnctionis infuſa: corruptiõe prime
natiuitatis abſorta: ſctũ vniuſcuiuſqꝫ tẽ
plũ: acceptabili vite innocentie odore re
doleſcat. Ut ſecundũ cõſtitutionis tue ſa-
cramentũ regio ⁊ ſacerdotali: propheti

coqꝫ honore pfuſi: veſtimēto in corrupti muneris induant: vt ſit his qui renati fuerint ex aqua ⁊ ſpiritu ſancto chriſma ſalutis. eoſqꝫ eterne vite participes: ⁊ celeſtis regni faciat eſſe cōſortes. Quod ſequitur dicit plane legēdo: ita tamē q a circūſtātibus audiri poſſit. Per eundē dn̄m noſtrū ieſum xp̄m filiū tuuz: qui tecū viuit et regnat in vnitate eiuſdē ſpūs ſcti deus: p omnia ſecula ſeculoꝝ. ℟. Amē. Prefatione huiuſmodi finita pōtifex balſamū cuz illo modico oleo ex āpulla chriſmali ſumpto mixtū cōmiſcet ſctō chriſmati reponēs ipſum in ampullā chriſmalē ⁊ dicēs.

Hec cōmixtio liquoꝝ fiat omnibus ex ea perūctis propiciatio ⁊ cuſtodia ſalutaris in ſecula ſeculorū. Tunc pontifex accipiens ante ſe ampullā chriſmalē parte ſuperiori eius nudata. Capite inclinato ſalutat chriſma dicens.

mixtio balſami cū chriſmate



A ue ſanctū chriſma. A ue ſanctum



¶ Et hoc ſecundo ⁊ tertio ſemper altius

chriſma. A ue ſanctū chriſma. dicendo: quod poſtq̃ ter dixerit: oſculatur labiuz ampulle deĩde ſedet põtifex ⁊ accipit mitrã. Tuz duodecim ſacerdotes ſinguli facientes reuerẽtias ordine premiſſo accedunt per ordinẽ ad mẽſam. vel diaconus illis offert ampullam vt ſupra: ⁊ quilibet eorum dicit tertio. Aue ſanctuz chriſma. Eo modo quo epiſcopus dixit et oſculato labio ampulle ad ſua loca reuertũtur.

¶ In aliq̃b⁹ vero eccleſijs ſecũdũ earũ

cōſuetudinē pontifex iterū accipiēs ante ſe ampullam chriſmalē ſalutat eam tertio dicēs. O vnctio ſalutis. vt infra. In alijs vero eccleſijs hec ſalutatio fit ad ampullā olei cathecuminoꝝ. In quo cuiuſlibet eccleſie cōſuetudo ſeruanda erit. Sed ſiue ad vnā ſiue ad aliā dicat̄ ſemper pontifex cū dicit. Aue: inclinat caput ⁊ in fine oſculatur os ampulle. ⁊ ſic duodecim ſacerdotes ordine premiſſo cātātes in hoc tono.

Seruetur cōſuetudo: cuiuſlibꝫ eccleſie.



O Vnctio ſalutis piguedo ſctā aue.



O vnctio ſalutis pinguedo ſancta aue.



O vnctio ſalutis pinguedo ſancta aue.

¶ Quo peracto diaconus maior collocat ampullā chriſmatis in vno latere mēſe predicte.

¶ Et mox aliā ampullā olei cathecumenorū accipit de manu ſubdiaconi ſua veſte coopertā. ⁊ preſentat eam pontifici ſupra menſam plane dicens. **Oleum cathecumenorū.** Tūc tā pōtifex ꝙ̄ ſacerdotes halāt tertio in modū crucis ſuper os ampulle pro vt ſupra factū eſt. Deinde pōtifex ſurgens cū mitra ſubmiſſa voce legēdo incipit exorciſmū olei cathecumenorum et .xij. ſacerdotes ſimiliter legunt.

halāt tertio

¶ Benedictio olei cathecumenorum.

Exorcizo te creatura olei: ĩ nomine dei pa✠tris omnipotẽtis. ⁊ in nomine ieſu ✠ chriſti: ⁊ ſpiritus ✠ ſancti: vt in hac inuocatione indiuidue trinitatis: atq; vnius virtute deitatis: omnis nequiſſima virtus aduerſarij: omnis inueterata malicia diaboli: omnis violenta incurſio: om̃e cõfuſum ⁊ cecũ fantaſma erradicet̃ ⁊ effugetur ⁊ diſcedat a te. vt diuini ſacramẽti purificata fias in adoptionẽ carnis ⁊ ſpiritus his qui ex te vngẽdi ſunt: in remiſſionẽ omniũ peccatorũ: vt efficiantur eorũ corpora ad omnẽ gratiã ſpiritualẽ accipiẽdã ſctificata. Per eũdẽ dñm nr̃m ieſum xp̃m filiũ ſuũ: qui cũ eo ⁊ eodẽ ſpiritu ſancto viuit ⁊ regnat deus: per omnia ſecula ſeculorũ. ℟. Amẽ. Deide depoſita mitra põtifex ſtans bñdicit dictũ oleũ cathecumenoꝝ eadẽ voce dicẽs. ℣. Dñs vobiſcũ. ℟. Et cũ ſpũ tuo. Oremus. Oratio.

Stãs cũ mitra.

# Chriſmatis

DEus incremētorū omniū: ⁊ profe
ctuū ſpiritualiū remunerator: qui
in virtute ſpiritus ſancti: imbecillarū mē=
tiū rudimēta cōfirmas: te oramus domi=
ne. vt emittere digneris tuā bene ✠ dictio
nē ſuper hoc oleū. ⁊ venturis ad beate re
generationis lauacrū: tribuas ꝑ vnctio=
nem huius creature purgationē mētis ⁊
corporis: vt ſi que illis aduerſantiū ſpiri=
tuū inheſere reliquie vel macule: ad tactū
ſanctificati olei huius abſcedant. nullus
ſpiritalibꝰ nequitijs locus: nulla refugij
ſit facultas: nulla inſidiātibus malis latē=
di licētia relinquatur. Sed veniētibꝰ ad
fidē ſeruis tuis: ⁊ ſancti ſpiritus tui opera
tione mūdandis: ſit vnctionis huius pre
paratio vtilis ad ſalutē: quā etiā per cele=
ſtis regenerationis natiuitatem: in ſacra
mēto ſunt baptiſmatis adepturi. Per do
minū nr̄m ieſum chriſtū filiū tuū qui ven=

turus eſt iudicare viuos ⁊ mortuos: ⁊ ſeculũ per ignẽ. ℟. Amẽ. Deinde põtifex ⁊ ſucceſſiue duodecim ſacerdotes predicti reuerẽter ſalutãt oleũ ipſum: dicẽtes tertio in tono lectionis.



Aue ſanctuz oleum. Aue ſanctum



oleum. Aue ſanctuz oleum.

Et poſtq̃ tertio epiſcopus ⁊ ſacerdotes: ordie quo ſupra inclinantes caput ⁊ oſculantes ampullam hoc dixerint: ſi ad benedictionẽ chriſmatis non fuit dicta ſalutatio. O vnctio ſalutis: dicatur hic vt ſupra notatum eſt: in quo ſeruetur eccleſie conſuetudo.

Quo finito omnes ſacerdotes ⁊ miniſtri eo modo quo venerũt ad ſacrariũ reuertuntur portãtes proceſſionaliter ſanctas ampullas. Tunc predicti duo cantores aut pueri cantant verſus ſequentes.




ine carmen temet conci nentium. ℟.
LOta mēte ſacro fonte aufugātur
cri mina. Uncta frōte ſacro ſancta
influunt chariſmata. ℣. O redēptor. ℟.




¶ Et miniſtri traddunt ampullas reuerenter cuſtodiendas ſacriſte. Vetus autē chriſma ⁊ oleum cathecumenorū ⁊ infirmorū ſi quod remāſerat: in lampadibus eccleſie ante ſacramentum comburatur.

Et ſacerdotes ſic induti reuertuntur ad
altare vt aſſociēt pōtificē portātem ſacra
mentū ad reſeruandū. cantātes in ſuis li=
bris antiphonam. Hoc corpus. vt infra.
¶ Interim dum chriſma ⁊ oleum ad ſa=
criſtiam portātur pontifex ſedens cū mi=
tra lauat manus ⁊ accedit ad altare. Tūc
cantatur in choro. Agnus dei. Et cōio.
Dñs ieſus. Et pōtifex ponit ſacramētuȝ
in vaſe ad hoc parato ⁊ procedit ad reſer
uationē corporis chriſti et verſus ad po=
pulū habēs calicē ſiue aliud vas cū ſacra
mēto in manib⁹. Incipit añam. Hoc cor
pus. Et chorus procedat ꝓceſſionaliter
cātādo. Uel alias añas vt ſupra dictū eſt.




de tur hic ca lix no ui teſtamẽti eſt
in me o ſãguine di cit domi-
nꝰ hoc fa ci te quotienſcũqꝫ ſummi-
tis in me am cõmemo ra tio nẽ.

¶ Facta autē reſeruatiōe corporis chri- ſti. Juxta cōſuetudinē pluriū eccleſiaruʒ epiſcopus ſtans ad monumentū verſus ad populuʒ incipit antiphonā. ad veſpe- ras ſic cantando.

in his oībus ſeruetur cōſuetudo cuiuſlibet eccleſie



Calicem.

Et chorꝰ proſequitur pſalmos ⁊ añas veniē- tes proceſſionaliter ad altare. q̇bus finitis epiſ- copus verſus ad cho- ruʒ incipit antiphonam. Ad **magnificat.**



Cenantibus autem.

Et finito cātico **Magnificat** ſine **Glīa patri.** Ite- ruʒ pōtifex inci- pit eādē añam. Et dicta oratiōe poſt cōmunionē diaco- nus dicit. **Ite miſſa eſt.** Et ſic miſſa cū veſ- peris ſimul finiūtur. et pōtifex cum mini- ſtris vadit ad deponēdas ſacras veſtes.

¶ Deo gratias.

¶ Hec ſunt que ſacriſta debet parare ad chriſmatis ⁊ oleorũ cõſecrationẽ.

Tres ampulle cũ oleo mũdiſſimo: quarũ tertia ſit maior ad ſacrum chriſma.

¶ Prima ⁊ ſecunda cooperiãtur pannis cuiuſcũqꝫ coloris. Tertia vero panno albo ſit cooperta.

¶ Tres mapulle munde pro miniſtris qui ampullas portabunt.

¶ Faldiſtoriũ vbi epiſcopus ſedeat.

¶ Item menſa cum mappis mundis ⁊ ſedilia pro preſbiteris et miniſtris ex oppoſito altaris.

Itẽ alia ſedes prope altare, ꝓ epiſcopo.

¶ Xij. ornamẽta de magis precioſis pro xij. preſbiteris.

¶ Item ſeptẽ aut plura ornamẽta pro diaconis et ſubdiaconis iuxta cõſuetudinem eccleſie.

¶ Oꝛnamēta pꝛecioſa albi coloꝛis pꝛo pontifice ⁊ ſuis miniſtris ⁊ alia neceſſaria videlicet. Amictꝰ. Alba. Cingulum. Crux pectoꝛalis. Stolla. Tunicella. Dalmatica. Planeta. Annulus pōtificalis. Chirotece. Sandalia. Calligę. Mitra. Baculus. Et alia pontificalia vt in oꝛdinario.

¶ Pluuiale vnuꝫ pꝛo miniſtro qui poꝛtat Baculum.

¶ Aliud pluuiale ꝓ eo qui tenet Mitrā cum panno mundiſſimo ex ſerico ſiue lino.

¶ Alia duo pluuialia pꝛo duobus canonicis aut in dignitate cōſtitutis qui aſſiſtunt epiſcopo.

¶ Gremiale.

¶ Oꝛnamēta pꝛo duobus aut quatuoꝛ accolitis. Et candelabꝛa cum cereis.

¶ Parat etiam aliam menſam pꝛo cre-

dentia circa altare iuxta cornu euāge-
lij in qua hec ponantur.

¶ Mappe munde in menſa.

¶ Duo cādelabra cū candelis incenſis.

¶ Calix cum corporalibus ⁊ duabus pa
tenis.

¶ Ampulle cum vino ⁊ aqua.

¶ Hoſtiariū cuꝫ hoſtijs: quarū due hac
die conſecrātur: alterā ſummit epiſco
pus: alteram reſeruat in monumento.

¶ Thuribulum cum nauicella ⁊ coclea-
ri ⁊ incenſo.

¶ Ciphus argenteus et catinus in quo
abluat manus: que vulgariter dicūtur
Fontes cum ſuis mappullis ad exter-
gendum.

¶ Mica panis integri ad extergendum
digitos.

¶ Liber ordinarij pōtificalis: et cleric⁹
qui illū ſemꝑ habeat ante epiſcopū.

¶ Miniſtri de nobilioribꝰ laicis domus pontificis qui ſemper aſſiſtunt ad credentiam.

¶ Finis.

¶ Impreſſum Palentie per Didacum de Cordoua Tipographum iuſſu et expenſis Reuerendiſſimi Dñi. D. Franciſci de Mēdoça epiſcopi Palētiñ. ꝛc̃. Anno domini Milleſimo quingenteſimo trigeſimo ſexto. Menſe Januario.


or di nem mel chi
V. Dixit do
o se
dextris meis.


Vos qui ſecuti e
ſe des iudicantes du
Sacerdo tes dei be
domi num ſancti i h

1654

1635